fuerit ad Solvendum Succumbendo. Pro quibus quidem Vadio
modo praemissio ad Solvendum Succubito ac se obligat prin-
cipali ex praemissis non completa complendo. Citatus
existens memoratus Recognoscens Eiusdem Simon Iese
pnus de Cosmiewice Melsko Thesaurarius Terrae Sano
cens. Vel illius Successores ad Instantiam supra scripti
Generosi Martini Cobiedzienski Vel eius posterorum ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessa
Supra scripto quo ad respondendum Spectat mediante
Semper in primo Citationis termino tanquam perempto-
rio Stare iuri parere respondere. Vadium positum lu-
ere Iudicio praesenti Satisfacere ac omne iudicato pati
debebit et tenebitur Se ac Suos Successores ad eadem
omnia obligat illum terminum primum peremptorium
et alios omnes ex eodem prodeuntes Causae eiusdem ter-
minos Semper peremptorios Vera infirmitate pro Ma-
iori Minorennitate Successorum legatione intra vel extra
Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Curatorem
vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus impedimen-
tis non afferendo. Ac quietationem Ultra proximos Officii
praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem
sibi non recipiendo nullasque Motiones apellationes ac
earum prosecutiones faciendo. ac praemissa omnia per
non simplicibus vel explicatis Citationibus suspensi-
onibus fatalibus Iuris praesidio terrestri bello Conventio-
ne vel aliis quibuscunque Iuris remediis et defensionem
Subterfugiendo nec quovis modo evadendo hac sua
personali recognitione in praemissis mediante.

Jéż M. Castellanum Crusuicensem. et Consortem eius Quietat.

Comparens.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrens. Capitan. Premisliens. Laurentius Albertus Iez Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusuis propriis et compe tens recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliens. Jurisdoni quo ad hunc actum obligat se cum successoribus ac bonis suis qui omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit # Illustres et Magnificos Constantinum Castimerum in Magna Scrawin Scrawinski Castellanum Crusuiciensem et Helenam de Falsztyn Coniuges, illosque eorumque posteros de Summa Mille Septuaginta Trium florenorum polonicorum sibi recognoscenti per eosdem Magnificos Scrawinski Coniuges modo simplicis debiti coram Actis Officij praesentis Anno Millesimo sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime praeterito ad soluendum assecurata, ac eorundem ipsa in Ordine debitorem Castrensi Capitaneali Premislien. sub interoblatione quietat et tenet liberos et absolutos perpetuo pronunciat, Inscriptionem praefatam debitoream in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat, ob praestitam sibi recognoscenti Summae Supradictae Mille Septuaginta Trium florenorum polonicorum plenariam et sufficientem persolutionem.

Pobidzinski Dybowskiemu Cedit 200

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrens. Capitan. Premisliens. Laurentius Martinus Pobidzinski Sanus mente et corpore existens. A Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusuis proprijs et compe tens

\# Quia ipse

199